Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



63.

Additiones ad Cap. VI.

1) In Geographia Tirolis non sequor enteros Auctores; quando domestici suppetunt. Ex his autem eminet celebemimus Mathematicus Petrus Anich, Persusen Oberpersusensis qui anno 1765 ante sequi annum in eximio scientia ac industria sua praemium ab Aug. M. Theresia nummo aureo e pectore pendulo honoratus; nec diu post defunctus atque insigni epitaphio est. Is augustissimo ex mandato universam Tirolim geographice dimetiri jussus, tabulam mappam huius regionis accuratissimam atque ac copletissimam composuit: quam dum nuper et mihi videre licuit, tabilu exinde latitudinem ac longitudinem praecipuorum locorum attentius advertebam; ut hac tutissima regula porro uti possem. Vide tab. ex superiore Oenivalle agricola: / calendis septembris. anno

2) De fluminibus et montibus vide tab. De naturali conditione Tirolis vide Ant. Roschmanni kurze Beschreibung der Grafschaft Tirol, et Burglechneri Aquilam Tirolensem, aliosque, qui de illa scripserunt.

3) De metalis Tirolensibus fusissime scripsit Burglehnerus Ag. Tirol. l. 3, 4, 5, et 6; et Cl. Jos. Sperges Sperges nuperrime edidit Tyrolische Bergwerksgeschichte mit alten Urkunden; ubi in Introduct. Es ist fast nichts in dem Mineralreiche, wovon Tyrol nicht etwas besitze: Gold, Silber, Kupfer, Bley, Eisen, Quecksilber, Schwefel, Vitriol, Alaun, Galmey, Kobalt; das beste Bergsalz; Goldsand; allerley Tierberden; mineralische Wasser und Gesundbrunnen; Steinkohlen, Marmor, Alabaster, edle Steine, u.d.g.

4) Vide Add. 3. Item Burglehnerum et Prosk. Kircherum ibidem citatos, et Kircherum in Mundo subter. l. 12, sect. 4: Tirolis, ait, in Europa locus est, ubi natura majori rerum varietate ludit, quam in Tirolis non enim solum auri, argenti, cupri, plumbi, sed et pretiosis lapidibus refertissima est. Enumerat dein jaspides, achates, chalcedonios, rubinos, amethistos, smaragdos, cornelos, turchesias, granatos, et adamantes tanto duriei, ut alios adamantes scindant, nec ipsi scripturam admittant. subtilissimi ii,

VI.